



Harbio 26 (94)

Dilecti filij salutem, et Apostolicam benedictionem. Vestri singulari pietate ac religione, ac praecipua in Nos, et Apostolicam Sedem deuotionis affectu merito inducimur, ut vos specialibus gratiae, et prerogatiuae titulis libenter decoremus. Vos igitur, uestrum Collegium specialibus fauoribus, et gratijs prosequi uolentes, supplicationibus dilecti filij Sigismundi Drumani Medici Pisici, ac familiaris continui Commensalis nostri Protomedici gnalis totius status Ecclesiae nobis super hoc humiliter porrectis inclinatis, nos uniuersos, et singulos, ac quascunq; uestri Collegi personas pntes, et futuras in perpetuum ex nunc sacri Palatii Apostolici, et Aulae Lateranen. Comites, et auratae Militiae equites aucte Apostolica tenore pntium sine tamen alicuius personae, uel Collegij prauiudicio creamus, facimus, et deputamus, ac aliorum Palatii, et Aulae ptorum Comitum, ac auratae Militiae equitum huiusmodi numero, et consortio fauorabiliter aggregamus, itaut vos ex nunc futuri uero Collegiales uestri Collegij, eo ipso quo in Collegium hmoi admissi fuerint Palatii, et Aulae hmoi Comites, et equites auratae Militiae ueri, et non ficti in perpetuum existatis, ac omnibus, et singulis priuilegijs, prerogatiuis exemptionibus, fauoribus, gratijs, et indultis, quibus alij Palatii, et Aulae Comites, ac Auratae Militiae Equites hmoi de iure, et consuetudine, aut alias quomodi utuntur potiuntur, et gaudent, ac uti, potiri, et gaudere poterunt quomodi in futurum circa tamen facultates, et exemptiones a Concilio Tridentino sublatas pariformiter sine ulla prorsus differentia uti, frui, potiri, et gaudere. Necnon ut modernus, et pro tempore existens praefati Collegij Abbas in perpetuum eorum officio durante, Torquem aureum cum insignijs Pontificijs, ac gentilijs Domus nre sine pariter cuiusquam Collegij, uel personae prauiudicio deferre licite ualeatis, aucte, et tenore pntis concedimus, et indulgemus. Non obstant Consti^{tionibus} et ordinat^{ionibus} Apostolicis, et in prouincialibus, ac Synodalibus Concilijs editis gnalibus, uel specialibus, statutis quaq; et Consuetudinib; etiam iuramento confirmationis Apostolicae, uel quauis firmitate alia roboratis, ceterisq; contrarijs quibuscunq;. Dat. Romae apud sanctum Petrum sub Anulo Piscatoris Die. xxvij. Nouembris M D Lxxxiij. Pontificatus Nostri Anno Secundo.

M. Vestrius Barbarus.



no 1593.27. Nov.
Clemens VIII
XXIX, 252

Dilectis filiis Abbati, et Collegio Medicorum
Physicorum Civitatis Cremonensis.



Marbio 26 (94)